

Mandatum pro Oratore ad Marchionatum Moraviae.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc.

108
 Reverendissimo in Christo Patri domino Stanislao Episcopo Olomuncensi ac Spectabilibus Magnificis et generosis dominis Baronibus, Officialibus Marchionatus Moraviae Consiliariis sincere Nobis dilectis salutem et felices successus. Reverendissime in Christo Pater, et Spectabiles Magnifici et generosi sincere Nobis dilecti. Mittimus in medium Vestrae Dominationum, Magnificum Nicolaum Jordan de Zablitzyn Castellanum Woynicensem ac Sepusicensem, Oswiecimensem, Latoricensem Capitaneum et Procuratorem Cracoviensem generalem Consiliarium nostrum sincere nobis dilectum, cui commisimus et referre nonnulla Vestris Dominationibus et agere cum illis ea omnia, quae ad bonum et tranquillum eam et ipsius Marchionatus Moraviae statum expedire videbuntur. Quare postulamus ab iis, ut plenam illi fidem in omnibus quae retulerit et tractaverit, adhibere velint et bene valeant.

Datum Cracovia. etc.

